

Copia pro Archivio

In Dei Nomine Amen Anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo
Nono, Indictione septima, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo

Patris Domini nostri Domini Innocentij Divina Providentia
Pape Duodecimi, Anno eius & Die verò Sabbati vi-

Gesima prima Martij Mensis dicti Anni 1699 =

Donna Antonia filia quondam Justini Acciarij de Massignano Uxor ad
Presens Donati quondam Dominici Fini de eodem, et Nicolaus eius filius

Minor viginti quinque, maior verò viginti uno annorum circi-
Ter, ut ex eius aspectu dignoscitur, et mihi asseritur & cum
Presentia, consensu, auctoritate, et bona voluntate dicti Donati
Eorum Viri, et Patris respectivè, Nec non Ilarij filij dicti quondam Justini,

Et Joannis Baptiste filij dicti quondam Dominici eorum proximiorum Consan-
Guineorum, qui tales esse Jureiurando affirmaverunt,

Nullumque in presenti Instrumento habere Interesse nec proprium, neque
Particulare, prout manibus tactis scripturis & Jurarunt & Personaliter
Comparuerunt Coram Per Illustrē et Admodum Reverendo Domino Joanne Paulo
Tassono de Massignano ad presens Plebano, et Vicario foraneo dicti loci, nec

Non ad interponendum decreta in contractibus voluntarijs Mu-
Lierum, et Minorum Judice Deputato in Synodo ultimo emanata Fir-

Mi, ad quam & pro Tribunalī sedente in quodam Scabello ligneo
Posito in loco infrascripto inferius dicendo, quem locum ad hunc
Actum tantùm pro suo Juridico, et Tribunalī elegit, et deputavit,

meque notario, ac Testibus & Coram quo sic sedente, dicti Antonia,
et Nicolaus (mediante me notario) breviter exposuerunt
quod annis elapsis ipsi Antonia, et Donatus Coniuges ad an-
num, et perpetuum Censum accepissent scuta viginti

quinque monete à Venerabili Societate Sanctissimi Sacramenti eiusdem
loci ad rationem octo pro centenario, et anno, illaque fun-
dassent super eorum bonis, ut in Instrumento rogato per quondam Dominum Silves-

trum Polidorum Notarium publicum, ad quod & Et quia de
eis sunt decursa scuta quinque S.J. pro annuis fructibus

non solutis, Ideò pro illis veniunt molestati, et expensis gra-
vati ; Et non habentes alium modum illa solvendi, cau-
sa